



**Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. III. Quis possit imponere collectas, & quibus illæ imponi possint?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

## SECTIO II.

## De exactionibus.

## §. I.

*Quænam sint exactiones ordinariae Episcopis seu Prælatis Ecclesiastico à subditis Clericis, vel Laicis præstandae?*

**I**nter exactiones ordinarias Episcopo solvendas numeratur primum portio Canonica, qua debetur Episcopo, ex quibuscumque legatis piis, quæ sunt Ecclesiæ, aut aliis piis locis in diœcesi existentibus, de qua *b. lib. tit. 26. sect. 4. §. 4.* Secundum numeratur synodaticum, seu Cathedricum à singulis Clericis certæ Diœcesis ad synodum vocandis, in ea, in honorem Cathedrae Episcopalis solvendum, de qua *L. 1. Decreta tit. 31. sect. 3. §. 9.* Tertiud numeratur quarta decimorum, & quarta mortuariorum, de quibus loco modò citato. Quartud numeratur procuratio præstanda in visitationibus, de qua sectione sequente, ita tamen, ut in his plerisque solvendis attendenda potius sit loci consuetudo, quam iurium decisio, uti jam dictum.

## §. II.

*An predium, vel fundus Ecclesie in dotem assignatus liber sit ab omni servitio, tributo, & onere?*

**L**iberum debere esse fundum talis ab omni servitio, & tributo temporali, non autem Ecclesiastico, ex c. 1. b. 1. sumitur, cum fundus talis sit pro sustentatione ministrorum Ecclesiæ, &

aliis necessariis usibus Ecclesiæ contibus, nisi talia bona ab antiquo, alioquin sint tributanea, qui, cum suo juri, qui habent, ad censum ex tali fundo, non cessent, conseqüenter, ne invisa in præjudicium fiat, in tali fundo ecclesiæ constituti non potest, vel censum ouere suo reali fundus hic in Ecclesia transibit, saltem in eo calu, quo dux abundans constitutus, ut omnibus inferendis sufficiat. Quod si taxen parvus, qui dotem constituit, certè in censum, in dotem tali Ecclesiæ contingat reservasset, manerer quidem ad hanc censum patrō dissolvendum Ecclesia obligata, si dos constitutus ad tale censum ferendum sufficiens esset, nulla taxen foret talis reservatio, si don condonato pro iuribus necessariis Ecclesiæ, cedaria foret.

## §. IH.

*Quis possit imponere collectas exactiones novas extraordinariæ, & quibus illa impon possint?*

**Q**uinam secularium possit novas collectas, & exactiones extraordinariæ imponere, viderint Civiliter, sub pena Canonica, excommunicatis etiam incurrente, prohibent non vestigia, gabellæ, & ejusmodi item illicite, & sine legitima autoritate imposta. Ucrum autem Ecclesiæ, Clericis & alia personæ Ecclesiastico, ad hoc extraordinaria onera à Laicis imponuntur, ex c. *Quamquam*, 4. b. i. mafatis decidi potest, ubi tales exactiones severè prohibentur, & ex *lib. 49. tit.*

magis patebit. Patet etiam ex c. Licet q.  
h.t. quod cæci, ad tales exactiones sol-  
vendas obligari non possint, uti nec pau-  
peres, quoꝝ excusat inopia.

§. IV.

An, & quā ratione Episcopi, aliq.  
Prælatis illis inferiores, possint collatas ex-  
traordinarias suis subditis imponere,  
vel ab illis exigere?

P rohibetur quidem his omnibus in e.  
Cūm Apostolus 6. §. prohibemus h.t.  
ne subditos suos exactionibus ( ex-  
traordinariis ) gravent; conceditur ta-  
men etiam omnibus Episcopis, modò le-  
gitimè electi, & confirmati sint, etiam  
si nondum sint consecrati, & qui majo-  
rem, vel similem Episcopali jurisdictio-  
nem in subditos suos habent, ut à Cleri-  
cis beneficiatis, & ab Ecclesiis sibi sub-  
jectis, subsidium, ut vocant, charitati-  
vum, sive auxilium moderatum, cum  
charitate, sepius etiam exigere possint,  
( Si causa manifesta, & rationabilis, dis-  
solvendorum v. g. Episcopatus debito-  
rum, consecrationis Episcopalis, fabricæ  
Ecclesiæ, bellavertendi, &c. necessitas,  
aut torus Ecclesiæ bonum subit: ) ex re-  
ditibus Ecclesiasticis solvendum; ita ut  
Episcopus quidem omnino illud remit-  
tere non possit, cūm ex vi juris commu-  
nis debatur, & ne in unius præ altero  
præjudicium, aut injustum gravamen  
cedat hæc exaction; neque tamen ad hoc  
solvendum cogi possint, qui vel nullum  
beneficium habent, vel redditus ex eo  
rēdō exiguos, ut vix congruam susten-  
tionem exinde habeant, quamvis pinguis  
patrimonialia habeant, cūm eorum hoc  
onus sit, qui fructibus Ecclesiæ gau-  
dentes.

SECTIO III.

De procurationibus.

§. I.

An, cur, & quomodo procurationes  
sint praestanda visitantibus Ecclesiæ, &  
Clericos; & an etiam exigi, ac re-  
cipi possint in pecunia?

Procurationum nomine hæc intelli-  
guuntur illæ expensæ, quæ præstari  
debent Prælati, quibus ex officio in-  
cumbit visitare Ecclesiæ, ita ut solvi hæ  
procurationes debeat actu visitantibus  
Ecclesiæ, vel Clericos c. Procurationes.  
23. h.t. ut ne ob defectum sustentatio-  
nis, ex proprio solvendæ, intermittatur  
visitationis utilitas, & ut ne qui visitat,  
suis stipendiis visitare debeat. Debent  
autem hæ procurationes visitationis  
tempore solvendæ, moderata esse, ita  
ut Ecclesiæ non graventur nimium, ha-  
bitâ ratione facultatum illarum c. Sopita  
14. c. procurationis 23. & c. Cūm nuper  
25. h.t. Trident. sess. 24. cap. 3. De re-  
format. & communiter consistunt circa  
victualia, honestum scilicet cibum, &  
potum pro visitatore, ejusque moderato  
comitatu, ac pabulum pro equis pre-  
bendo, juxta receptam patræ illius con-  
suerudinem, & visitatoris conditionem,  
ita ut vectura etiam nonnunquam, sar-  
cinae necessarias hinc inde transferentes,  
solvi debeat. Et quamvis olim pro pro-  
curationibus talibus pecunia non potue-  
rit exigi ab invitatis can. prolata 9. cauf. 14.  
q. 1. c. Romana i. §. Procurationes h.t.  
in 6. neque esculenta, aut poculenta,

Lii i 3

nisi